



s. iij.

abundetis in omne opus bonum: sic scriptum est // Dispersit dedit pauperibus iusticia eius manet in seculum seculi. Qui autem amministrat semen seminanti. et panem ad manducanduz prestabit. Et multiplicabit semen vestrum. et augetur incrementa fruguz iusticie vestre. ut in omnibus locupletari abundetis in omnem simplicitate: que operatur per nos gratiaz actionem deo. Quomiam ministerium huius officij non solum supplet ea que de sunt sanctis. sed etiam abundat p' multas gratiarum actiones in dño per probationem ministerij huius: glorificantes deum in obediencia confessionis vestre in euangelio christi. et simplicitate communicationis vestre in illos. et in omnes. et in ipoz oblectatione pro vobis desiderantium vos propter eminentem gratiaz dei in vobis. Gratias ago deo super inenarrabili dono eius. X

A

Ise autem ego paulus oblecto vos per mansuetudinem et modestiam christi: qui in facie quidem humilis sum inter vos: absens autem confido in vobis. Rogo autem vos ne prius audeam per eam confidentiam qua existimor aude in quosdam qui arbitrantur nos tanquam secundum carnem ambulemus. In carne enim ambulantes: non secundum carnem militamus. Nam arma militie nostre non carnalia sunt: sed potentia deo ad destructionem motivationum. consilia destruentes et omnem altitudinem extollentem se aduersus scientiam dei. et in captiuitatem redigentes omnem intellectum in obsequium christi et in promptu habentes vltima omnem inobediencia: cum impleta fuerit vltima obediencia. Que secundum faciem sunt videte. Si quis confidit christi esse hoc cogitet iterum apud se: quod sicut et ipse christi est: ita et nos. Nam et si amplius aliquid gloriatus fuero de parte nostra quam de

B

C

dit nobis dominus in edificatione et non in destructionem vestram non erubescam. Et autem non existimet tanquam texere vos per epistolas. quoniam quidem epistole inquit graues sunt et fortes: presentia autem corporis infirma: et sermo contempnibilis hoc cogitet qui eiusmodi est: quia quales sumus verbo per epistolas absentes: tales et presentes in facto. Non enim audemus insere: re aut comparare nos quibusdam qui seipos commendant sed ipsi in nobis nosmetipos mentientes: et comparantes nosmetipos nobis. Nos autem non in immensum gloriabimur sed secundum mensuram regule qua mensus est nobis deus mensuram pertingendi vsque ad vos. Non enim quasi non pertigeret ad vos superextendimus nos. Usque ad vos enim peruenimus in euangelio christi: non in immensum gloriates in alienis laboribus. Spero autem huiusmodi crescentis fidei vestre in vobis magnificari secundum regulam nostram in abundantia: etiam in illa que vltra vos sum euangelizare non in aliena regula in his que preparata sunt gloriari. Qui autem gloriatur in domino gloriatur. Non enim qui seipsum commendat ille probatus est: sed quem deus commendat. **U**ltima sustineretis modo XI dicam quid insipientie mee: sed supportate me. Emulorum enim vos dei emulatione. respondi enim vos vni viro virginem castam exhibere crito. Timeo autem ne sicut spes seduxit etiam astutia sua: ita corrumpant sensus vestri. et excidant a simplicitate que est in christo iesu. Nam si is qui venit alium christum predicat quem non pre-dicauimus: aut alium spiritum accipitis quem non accepistis: aut aliud euangelium quod non recepistis: recte pateremini. Existimo enim nihil me minus fecisse a magnis apostolis. Nam et si impitius sermone: sed non scientia.

Epb. 4. a.
Apo. 2. c.

D

i. Cor. j. d.
Hier. 9.

A